



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Sectionis III. Summarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

perium videtur etiam talem Collatorem posse gravari, quia sicut gravamen respicit totum patrimonium, *l. si fidei commissum, §. 1. ff. de iudic.* ita ut hoc gravamen beneficiorum respicit omnia beneficia, & sic illud beneficium in Imperio non censetur monoculum. Verum contrarium dicendum est: quia Indultum expressè requirit, ut habeat quatuor saltem beneficia in Imperio, aliud tamen si ordinarius Collator haberet collationem unius beneficij in Imperio, & præsentationem aliorum plurium in eodem Imperio, nec enim dicitur esse beneficium monoculum; aut si Collator haberet collationem solum in uno, & in aliis beneficiis tribus conferre posset cum aliis Collatoribus sociis, tunc enim mandatum de providendo, vel Collatio vigore Precum facta subsistet, nam necum etiam dici non potest, quod cum aliis commune est, ut prædixi, *l. son in d. l. servi electione, §. Labeo, nu. 29. ff. de leg. 1. per not. Menoch. lib. 2. cent. 1. casu 201. nu. 95. & 96.* quod & notavi ad reg. VIII. Cancellariæ glo. IV. Non obstat, quod hoc admisso Collatores Ordinarii videantur immodicè gravari, ut vix unquam suo iure conferendi in vita utiliceat: quia cum ipsius illud conferendi ex indulgentia S. Pontificis habeant, conqueri non debent si Pontifex eandem facultatem illis semel in vita Cæsaris restringat, præsertim cum Pontifex per eiusmodi concessionem, omnem potestatem à se non abdicarit, sed potius maiorem sibi reservaverit, ita quod posset in collatione cum quovis ordinario concurrere, imò prævenire *cap. 2. de præbend.*

X. POSTQUAM ILLIS IPSIS CANONICE PROVISUM ) Ecce vides quod ultra Cæsaris nominationem opus sit nova Ordinarii institutione, seu collatione, ut latius supra ostendimus, initio Sectionis II. in scholijs verbi. Quid si PER TE. vers. undecimo queritur.

### Sectionis III. Summarium.

**E**xtenditur autem hæc facultas, ut sua Cæs. Maiestas possit, unam & eandem personam supradictis Collatoribus & Collatricibus simul, vel successivè nominare, ita tamen, quod quamprimum persona sic nominata, de aliquo beneficio provisâ fuerit, ejus nominatio quo ad alios Collatores vel Collatrices, ipso iure expiret, & quo ad easdem Preces Canonicatum, & præbendam, ac dignitatem, seu personatus, administrationes, vel officium, in una Ecclesia pro unico duntaxat beneficio computari debere.

Seccio

Quid si  
Collator  
si unus  
tantum  
in Imperio  
habeat  
plura ex-  
tra Imperium